Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

misterium martyrix fidei victor religionem sacerdos. Hii periculis plaudere non
metuunt illa suscepto nec in periculis perdit iste sollicitus magis fidem seruare
quam uincere martyres prius mandat salutem quam excidium ciuitatis. Religi
onis autem insignia arma sunt sacerdotis. Iam illud quis non plenum puta
ret miraculi quod extorta urbe nemo seruatus est nisi quem martyrix liberauit.
Hec simplicis historia uentatis est. quod si altius considerentur admiranda sig
nat misterium. Hiericho enim figura istius mundi est in quem de paradyso hoc
est de hierusalem illa celesti accetus adam per uariationis plapsione descen
dit hoc est de uitalibus in inferna de migrans. cui non loci sed morum mutatio
natuere suae fecit exilium. Longe enim mutatus a illo adam qui in offensa
beatitudine fruebatur ubi insetaria peccata defluxerit incidit in latrones.
in quos non incidisse nisi his mandatis celestibus deuius se fecisse obnoxium.
Qui sunt isti latrones nisi angli nocis atque tenebrarum. qui se non nunquam
transfigurant in angelos lucis. s. pecuare non possunt. Hii autem despoliant
quae accepimus indumenta gratiae spiritalis. et sic uulnera infert consuerunt.
Iam si intemerata quae sumpsimus indumenta seruemus plagas latronum
sentire non possumus. Caue ergo ne autem nuderis sicut ada autem nudatus e.
mandati celesti custodia destitutus. et exutus fida uestimento. et sic le
tale uulnus excepit in quo omnem genus occidisse humanum. nisi samaritanus
ille descendens uulnera eius acerba curasset. Non mediocris iste sama
ritanus. qui cum quem sacerdos quem leuita despexerant non eum ipse despexit.
nec uocabulo secte despicias quem uerbi interpretatione mirabere. Sama
ritani et enim uocabulo custos significatur. Hoc habet interpretatio. Quis est
custos. nisi ille de quo dictum est. custodiens paruulos dnsque. atque sicut in
deus. alius in litera. alius in spiritu. ita et samaritanus. alius foris. alius in oc
culto. Is ergo samaritanus descendens; quis est qui descendit de celo. nisi
qui ascendit in celum filius hominis qui est in celo. Videns semiuiuum.
quem nemo potuerat ante curare. sicut illa quae fluxu sanguinis pfluens
in medicos erogauerat omnem patrimonium suum. Venit secus eum hoc est